

9. *Bona DEO dicata à Pontificibus, in alios usus sacros conver-*
tenda.

10. *Ex sententia Evangelicorum Statuum Imperii. n. 11.*

12. *Responsio Elec̄t. Saxon. & Landgravii Hassiae hāc dere.*

13. *Exclamatio Autor. Autonomie.*

14. *Variæ sunt piæ cause, ad quas redditus sacri possunt conferri.*

n. 15. 16.

17. *Cura Principum Germaniae de hāc re.*

18. *Sententia Scabinorum Lipsiensium.*

1. *A*st datâ licentiâ Imperatori-
 bus, bona ab Imperio in Pon-
 tificem vel Ecclesiam alienata ju-
 sto bello recuperandi; nonne me-
 tuendum, ut Reditus, jura aut
 prædia à Pontificibus, sacris san-
 ctisq; usibus destinata, adeoq;
 DEO semel dicata, in alios & pro-
 phanos transferantur usus? Qvod
 2. certè piaculum esset: † Etsi enim
 Pontifices de iisdem tanquam de
 rebus alienis disposuerint, atta-
 men ea semel DEO fuere dicta,
 ita ut absq; piaculo aliò transferri
 nequeant, *Levit. 27. v. 28. c. semel*
DEO. extr. de Reg. jur. in 6to l.
sancimus & l. ut inter. C de SS. Ec-
cles. † qvod jus ab ipso Jehovā
ortum, & naturæ ac communi
Gentium lege sancitum, tradit.
Ernest. Cothman. Respons. jur. 100.
per tot. Matth. Coler. de Process.
executiv. part. 2. cap. 3. n. 181. E-
verh. à Weihe in tract. de præro-
gat. success. lit. H. 7. Henr. Petreius
in tract. de Monast. fol. 55. † Ideoq;

piaculares, inquit Lambert. Dan.
 sunt DEO Principes ii, eævè Res-
 publicæ, qvi qvævè Ecclesiastica
 bona, h. e. DEO jam consecrata
 fibi vendicant, aut in alios usus
 transportant, *de Republ. Chri-*
stian. lib. 3. cap. 2. Qvibus juxta
 Lutheri sententiam idem acci-
 dit, qvod Aqvilæ olim obvenie-
 bat, cui videnti, Jovi sacrifi-
 cium in arâ fieri ex carne agnina,
 & advolanti, bonamq; partem
 auferenti carbo igneus alis ad-
 hæserat, qvo postmodum &
 nidos & pullos, qvibus prædam
 advexerat, comburi faciebat,
 Petr. Frideric. *de cont. can. libr. 3.*
cap. 18. n. 51. † Eqvidem nega-
 ri non potest, qvin res, prædiaq;
 Ecclesiastica, si usus, ad qvem
 destinata sunt, impius vel super-
 flitus deprehendatur, ad a-
 lium conferre possint Imperan-
 tes, Franc. Balduin. *tib. 1. de Leg.*
Constantin. Magn. fol. 28. haut
inde tamen inferendum, qvod
Mm 3